



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

II. Liberatio Loth est exemplum diuinæ conseruationis reliquiarum Ecclesiæ omnibus temporibus, & prouidentiæ Dei, qua vitæ & saluti piorum consultit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

ebrietate, de libidinibus, & de usuris gloriantur.

Certissimum autem signum est impudentis  
tij, cum ad ipsa flagitia accedit impunitas, &  
temptus peccatorum.

Prædicit autem Filius Dei Luc. 17. similem tolli  
mundi securitatem fore ante extremum iudicium,  
& similiter horrendis pœnis impios esse subjec-  
dos, ut 2. Pet. 2. dicitur, Deus subuersiōnē Sodoma-  
rum proposuisse impijs uelut exemplum publicum  
sui iudicij aduersus similia peccata.

## I I. EXEMPLVM CON- seruationis Ecclesiæ.

Semper Deus inter horrendas pœnas, quibus im-  
pios opprimit, aliquas Ecclesiæ suæ reliquias serua-  
vit familiam Nohæ in Diluvio, Loth in Sodomia, Da-  
nielem inter Leones, Esdram, Nehemiah & alios  
in Babylonia defendit. Sic 2. Pet. 2. dicitur. Deus in-  
stum Loth oppressum ab impudica conuersatione  
abominandorum hominum liberavit. Cum enim o-  
los & aures sanctas haberet Loth iustus, granis  
discruciatus fuit, quod uiuens inter illos cogere  
quotidie uidere & audire quæ nollet. Novit Domi-  
nus pios ex tentatione eripere. In iustos autem in fo-  
rem iudicij puniendos seruare.

Etsi autem Ecclesiam quoq; propter peccatum castigat, tamen in ira sua misericordie recordatur, ut grauissima & plena salutaris consolationis est Osee concio capite 11. Quomodo dabo te Ephraim, adfligam te ô Israël. Quomodo dabo te, ut Adama ponam te, ut Seboim? Commiseratione exarsit cor meum, Non faciam furorem iræ meæ, Non conuerter, ut disperdam Ephraim, Quoniam Deus ego, & non homo in medio tui sanctus, Non ingrediar ciuitatem.

## III I I.

## DE LIBIDINIBVS

& earum pœna, quæ est cœcitas.

CASTITAT Uel in cœlibe uita, sine incendijs libidinum, & sine ullo seminis abusu, & sine ulla commixtione uiuere, uel in coniugio seruare ordinem Dei consilio institutum. Hanc uirtutem uult nos Deus colere.

1. Ut agnoscamus ipsum esse mentem castam, eumq; à malis atq; immundis naturis discernamus.
2. Ut retineamus gratiam & uitæ æternæ possessionem. 1. Corinth. 6. Fornicatores & adulteri non possidebunt regnum Dei. Ephe. 1. Omnis scortator & immundus non habet hereditatem in regno Christi

a a &